

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 50 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 105.

Cod. L.

105.

Leon. Bruni
Aretini
Epistola.Cod. L. ^{class.}
Chartac. Sol. Sac. 15.L.
32.

Leonardi Bruni Aretini Epistola. Epistolarum libri octo Gapius typis recusi sunt; ex Editione Basilicensi 1535. 8. recudi eos curavit Dom. Mansi, Hamburgi 1727. 8. Sed ingenti numero auclat et erudita prolatione ornatas vulgarit has Epistolas Ab. Laurentius Mehus Florentinus, hoc titulo: "Epistolarum libri X. ex recensione Laurentii Mehus Florentia editi an. 1747. Tom. 2. in 4. Ultraque destitutus editione affirmare non ausim, novas et adhuc incognitas in Ms. nostro contineri. Numero sunt 134. Sed non omnes Aretini, nec ordine chronologico conscriptae, nec in libros distinctae. Ex iis notatu mihi digniores videntur sequentes: Prima est Aretini ad L. Collutium; de quo vide Cod. Ms. XIX. et incipit: "Vereor mihi Colloii ne te poenituerit eorum" etc. ubi inter alia conquiratur, quod inepte sibi nomen Cechi / Cois, utpote patri suo proprium, attribuitur. Quinta inscribitur: "Pape comendatus Leonardus." Incipit: "Post humilem recommendationem et pedum oscula beatorum." Est epistola Collucii Pierri, qua favori Innocentii VII. Aretinum Alumnum suum comendat. Primus eam publica lucis fecit Domin. Mansi in Sabrie. Bibl. med. et inf. lat. 5.1. p. 297. — Folio 33 habetur Epistola Aretini ad Chiriadum; Inconitanum; qua incipit: "Melius erat o Ciriaie non tantum sapere" etc. Sed diversa ab illa, quam vulgarit Baluzius Miscell. 5.3. p. III. — Fol. 40. Epistola ad Eugenium IV. seu prolationem ad libros Politic. Aristot. quos reseravit in latinum; prodierunt venetus an 1504. Incipit haec epistola: "Libros Politicorum multo magis a me vigilis." — Fol. 46. castat Epistola ad Dominam Baptistam de Malatcolis, qua incipit: "Compulsus crebro rumore: comendantur in ea bona studia; an eadem sit cum illa, quam

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 50 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 106.

106.

Cod. L.

Didit Jo. Alexander Brasicanus, argent. 1527. 8.
 an cum illa, qua prodit Amstelodami aō 1645. cum
 Aug. Grotii et aliorum dissertationibus, ignoro. —
 Sol. 54. Circa finem incipit fabula Boëti de
 Tancrede principe Salernitano ejusque filia Si-
 gismunda, ab Aretino ea Galice in latinum idio-
 ma translata. Initium est: "Tancredus fuit
 princeps Salernitanus." Agmen claudunt duae Epis-
 tolae absque omni inscriptione.

Leonardus Brunus, ab Aretio Tuscia oppido, ubi
 aō 1369. natus erat, Aretinus cognominatus, do-
 narum artium, ac praecipue graecarum littera-
 rum in Italia restitutor, 7 Pontificibus Rom.
 a secretis fuit. Per longum tempus gessit mu-
 nus Cancellarii Reip. Florentinae, ibique an. 1444.
 aetatis 75. defunctum amicum laudavit pro
 funerae Successor ejus Franc. Poggius, cujus
 oratio edita est a Baluzio Miscel. T. 4. p. 8.
 edit. Mansiana. De scriptis et meritis docti
 oque ac pii viri, vid. Fabric. loc. cit. Grege-
 ri Theatr. Viror. illustr. p. 1426. Pope Blount
 censura cel. Auth. p. 453.
 Aream Sylv. Epist. 57.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 50 [Verbleib unbekannt]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27401